

255
Monseigneur

No 93

Anterioribus literis meis Illm^e Vestrae Excellentiae
jam exposui, qua ratione Magistratus Gedanensis ex-
solutionem termini Purificationis S. Mariae inbucusq;
protraxerunt, quos verò nunc finitis feriis, sacre septi-
mana, in qua residuum exsolvere promiserunt, subseque-
tur, futuris Nuntiabo, et quoniam terminus Nundina-
rum Lipsiensium ratione exsolvendorum mihi quing-
millium talerorum, instat etiam, Illm^e Gr^{am} Excellentiam
rogo, dignetur promovere, quò idem certo exsolvatür
siq; Illm^e Gr^{am} Excell^{ta}: eam pecuniam ibi accipere, et mihi
hic iterum numerandam assignare possit, gratum hoc fo-
ret, ac necessariam sum transmissurus juxta copiam ante-
rioris, quæretationem, Sin autem Illm^e Gr^{am} Excell^{ta}
eas pecunias necesse haud haberet ac hic restitui non
possent, alio cuiusdam earum comittere debebo receptio-
nem sub promotione Illm^e Gr^{am} Excell^{ta}, quæ etiam
efficere benignè velit quò documenta Originalia jam
comemorata ex parte Legia, quandoquidem recogni-
tionem subscriptam à me, transmiserim ac credam

eam necdum etiam esse extraditam, mihi quoque extra
 dantur secundum copias quas apud me reliquerunt
 ac etiam S. R. Majestas ordinatione sua, subsequen-
 ti termini Festi S. Joannis, exsolutionem injunga-
 uti in precedentibus meis jam commemoravi literis; de
 termino Festi S. Joannis, ubi fiunt sermones, S. R.
 Mtem scripsisse ad Magistratum Gedarensem, ut in
 solutione ejus non properaret, quod tamen creditum
 difficile, quamvis literis ex Magistratu et quidem Dn. B.
 ex Burggravius in presentia Consiliani a Horn nu-
 tidius Civitatis dixerit, et ego magis confido, S. R.
 Majestatem anticipationem et accelerationem, remon-
 strationibus Illmæ vræ Excellentie, fore literis suis deman-
 daturam. Pro ruinata, misera Curlandia, patria
 ubi Mosci novam indixere contributionem, velit Illmæ
 vræ Excellentie nomine meo humillime supplicare S. R. M.
 quatenus Ea Clementissime dignaretur, suas dare ad
 Caesarem Mtem instantiales literas, ac intercedere at
 id suo Legato Dno de Vildom quoque injungere, quam

Wollowicz etiam avertere ut hoc insinuet apud Caesarem
 Majestatem, quo contributiones non exigantur, sed mi-
 serima Provincia, ab omnibus ulterionibus gravaminibus
 aggravationibus, exactionibusq; maneat libera, ac ali-
 quod initio Regiminis mei adsit solamen quando re-
 siduus remanens populus gemit in his angustiis pro tali
 Misera, quæ et ab Amicis adhuc extorquetur. Benignis
 Simam eorum omnium Illmæ vræ Excellentie promotionem
 quovis modo demerendam non deero, atq; ceterum cum ap-
 precatione cunctæ desiderabilis prosperitatis, omni offi-
 cionum debitorum promptitudine, incertanter existo,
 Monseigneur

de Votre Excellence

le tres humble
 et liye serviteur

Gedani die 8. Aprilis
 1711.

Ferdinandus Duc de
 Curlandus

250.

Dua Portlandia of 8 Apr
1711